



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

302. An Regularis interrogatus à Visitatoribus de observantia Regulari  
teneatur sub mortali respondere? Et deducitur, quod Prælatus in  
visitationibus tenetur sub mortali culpa interrogare de ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

6. Tertiū; Henriquez t. i. l. 7. de Indulgencie, c. 28.  
 §. 5. Patres Minimos Romæ vti illo priuilegio Sixti IV. quoad seculares, etiam dispensando in irregularitate modo supradicto, quamvis autem ibi Henriquez dicat solum Praelatos Minimorum sic dispensare, ego video, quod verba priuilegiū id non specificant de solis Praelatis, sed concedunt illud Patribus Minimis. Votui hęc fēmel si suis ponere, vt desinat quis mirari, si dicentem me audiat, posse Regulares aliquando dispensare cum Clericis, vel seculares aliquando in aliqua irregularitate: datur enim tam clarum priuilegium, & affirmatur à tribus Doctribus supra citatis graibus, & recentioribus. Et nihilominus his non obstantibus, ego non consulio, vt Regulares hodie virtute illius priuilegiū dispensent cum secularibus in aliqua irregularitate, quia video non esse in vñ apud Religiosos, nec de tali vñ quā audiuī, Hucvsque Portet.

7. Qui licet, vt vidisti, afferat, quod cūm dictum priuilegium non videatur esse in vñ apud Patres Minimos, eiusque vñ non levem patere possit offendit in ordinariis, consultum est, vt etiam Regulares aliorum ordinum eo gaudentes per viam communicationis ab illo abstineant, quod, & ego suadeo, non tamen praeceps ex eo, quod praeformat priuilegium non sit in vñ apud Patres Minimos, quibus primo & per se concessum est: si quidem non repugnat priuilegium non esse in vñ apud eum, cui per se primo concessum est, & tamen eo vti posse, qui per viam communicationis de illo participant.

8. Dicendum est igitur, quod in communicatione priuilegiorum communicatur solum ius utendi, non autem vñ, & non vñ; ideoque priuilegia confessari alicui certo ordini, & postea communicata aliis ordinibus, ex aequo modo supradicto non tolli respetū horum, nisi legitimè prescribant idque eti odo, cui primò concessa sunt dicta priuilegia, vñ illorum amiserit, aut etiam contra ipsum quod ea fuerit legitimè prescriptum. Ita Rodriquez t. i. q. 55. a. 19. ex Panorm. in c. cum accessione, de confit. & Silvestri. V. priu. §. 11. quos sequitur Suar. sup. cap. 16. numer. 17. & probant, quia posterior concessio priuilegiorum non pendet a priori, ac proinde inter tales concessiones datur tantum antecessio temporis. & sic mutatio facta in uno non potest nocere alteri, cum quod hoc non sit facta communicatio; vt pater.

9. Itaque ex mente sp̄. pradiectorum Auctorum possunt hodie confessari Regulares dispensare super quinque in irregularitate, etiam cum secularibus, in quibus potest Episcopus, & praelestīm vigore Concilij Tridentini fess. 24 c. 6. de reform.

10. Vnde ex his posset aliquis inferre, posse confessari Regulares dispensare in irregularitate vere bigamia quod ordinis minores, & simplex beneficium, quia aliqui Doctores afferunt Episcopum posse in hoc casu dispensare, contra quos ego sensi in

Quo hic est par. 4. tr. 2. ref. 62.

in tom. 3. 11. Secundū, possent etiam dispensare super ir-

regularitate occulta ex defectu natalium, quia secun-

do aliquos talis irregularitas est dispensabilis ab

Episcopo, contra quos ego, vbi supr. ref. 64.

12. Tertiū possent dispensare in irregularitate ex

defectu lenitatis; nam non defunct Doctores conce-

quentes hoc Episcopis; contra quos ego ref. 69.

in tom. 3. 13. Quartū possent dispensare in irregularitate

contracta ex mulatione alienius membris, cum id

Quo hic est possit Episcopus facere secundum aliquos contra quos

in tom. 3. ego in ref. 71.

14. Quintū possent dispensare super aliqua irregu-

laritate si delictum fuit deductum ad forum conten-

tissimum, etiam iudicio finito punitum, hoc n. facere

posse Episcopum tradunt plures Auct. penes meipsum ref. 97.

15. Sextū, possent dispensare in irregularitate oc-

culta hæresis, per ea quae ego dixi in p. 7. tr. 2. ref. 15.

posse hoc facere Episcopum, contra Suarez.

16. Septimū, possent dispensare in irregularitate

contra in bello iusto; nam hoc secundum aliquos

Episcopis conceditur, vt patet apud me ipsum ob-

supra ref. 27.

17. Octauū, possent dispensare in irregularitate

contra ex homicidio casuali etiam publico, & hu-

mocidio voluntario ex repentina rixa orto, & ex ec-

cellu in sui defensionem facto, per ea, quae dixi supr.

ref. 29. 3. 1. 32.

18. Et ita videtur dicendum in aliis casibus, in

quibus Episcopis licitum est super irregularitates

cum secularibus dispensare; Nam in his posse con-

fessari Regulares etiam dispensare vigore priuile-

giū Sixti IV. & Iuli II. trahiderunt Doctores super-

ius adducti.

19. Vnde si haec opinio esset admittenda, magnam

authoritatem haberent confessari Regulares, & pe-

nentes in multis casibus circa incusionem irregu-

laritatū essent immunes petendi dispensationem a

Pontifice, vel ab Episcopis.

20. Sed his minimè obstantibus ego nolo esse Au-

thor huius opinionis; Immo contrariam expedit

& absoluētē tenet. Asseveranter itaque Regularibus

dico ne omnino tali priuilegio vntantur, nam opinio-

nem affirmatiū minimè admittendam esse puto.

## RESOL. CCCII.

An Regularis interrogatus à visitatoribus de obser-

via Regulari teneatur sub mortali respondere?

Et deducitur, quod Praelatus in visitationibus in una

sub mortali culpa interrogare de obseruantia ceremo-

niarum, & constitutionum.

Et ad mendacium in iudicio tam exteriori quam infor-

cientia sit peccatum mortale, etiam circa illa, th-

quare non tenetur. Ex p. 10. tr. 15. & Msc. 5. Ref. ju-

§. 1. R Esonder affirmatiū Texeda in Theol. nr.

tom. 1. lib. 1. tr. 3. contr. 9. dub. 1. n. 17. fol. 15.

vbi sic ait Obicitur secundo, quia sequitur ex ha-

doctrina Religionum interrogatum à Praelato Con-

ventum visitante, & interrogante de observantia

constitutionum non peccare mortaliter, si non re-

spondeat veritatem. Probat sequela, quia memori-

tur in re leui, quia est ceremoniarum obseruantia,

sed respondeo negando sequelam, quia quoties Prae-

latu, tñ. Index tenetur sub mortali culpa interrogare,

etiam si res de qua interrogatur, sit parvi momenti,

tenetur Reus sub mortali culpa respondere veritatem.

Praelatus autem in visitationibus tenetur sub mortali

culpa interrogare de obseruantia ceremoniarum, &

constitutionum, vnde eti Religionum omittere Re-

ligionis ceremonias, non sit mortaliter culpabilis, able-

temptu ut diximus. Respondere autem Visitatori

interroganti de ceremoniarum obseruatione, & non

respondere veritatem mortaliter culpa est, quia ceremo-

niarum & constitutionum obseruantia maxime specta-

ad promotionem boni communis, quare bene sit

quod Religiosus non peccet mortaliter non feruendo

alias Religionis constitutions, & ceremonias, si

abili contemptu, & quod nihilominus Praelatus non

faciens ea seruare peccet mortaliter, quia ad illum spe-

cta boni communis promoto, & ad bonum commu-

ne obseruantia ceremoniarum, & constitutionum Re-

ligionis necessaria est & ideo, quamvis Religionis ce-

remonia; & constitutiones, si secundum se spectent

videantur non esse materia aded gravis, in ordine ta-

# De Dubijs Regularium. Ref. CCCIII. 21

men ad bonum commune Religionis grauissima materia sunt. Quare diximus suprà mortalem culpan non esse metiendam ex grauitate, vel nobilitate materiae absolute, sed ex grauitate, seu severitate praecepti quoad illam materiam quatenus est magis aut minus ad bonum commune necessaria, que necessitas est finis legis, & praecepti. Ita Texeda, quod bene perpendit Religio.

1. Notandum est tamen hic obiter Caetanum in 2. quæst. 69. art. 1. & in summ. verb. Confess. cond. 4. docce-  
2. Quod hoc re virtutis aliter absque aliqua limitatione mendacium  
in Iudicio tam exteriori, quam in foro conscientiae  
legi decit, esse peccatum mortale etiam circa illa, ad quæ reus  
non sed. 94. non tenetur.

3. Verum dicendum est hoc mendacium scilicet  
in Iudicio dictum à Reo legitimè interrogato, (&  
idem est dicendum de mendacio paenitentis in con-  
fessione dicto Confessorio) non semper esse peccatum  
mortale, sed posse esse peccatum veniale ex levitate  
materiae, si non interveniat iuramentum. Probatur, ut  
in qua mendacium in iudicio vel eft contra iustitiam,  
vel contra Religionem, sed in virtute contra has vir-  
tutes datur parvitas materiae vt notum est in farto  
partio, & in celebratione rei sacrae, cum quis præter-  
mitit illam particulariam(enim) quæ est parui momentis

Ergo, &c.

4. Itaque falsificare iudicium diuinum in quacumque materia est grauissima deformitas, includens in se specialem institutionem, falsificare vero iudicium humani sive id fiat in conscientia foro, sive in exteriori non habet specialem malitiam, nec ex se est grauissima deformitas, sed ratione materiae circa quam versatur, quia est in se grauis, vel quia est ad bonum commune necessaria; nec etiam mortalis culpa qua reperitur in omni peritiori, est proprii ipsa affirmatio falsi loquendo in rigore formalitatis, nec ipsum mendacium, sed est invocatio diuini testimonij circa illam falsitatem, quam mendax profert, que invocatio diuini testimonij est quid distinctum ab ipso mendacio saltem per intellectum. Et hac omnia docet contra Caetanum Hurtadus de Iudicio forensi dispe. 7. qui citat Aragonium, Salonium, Bonacianam, & Couarruianam.

## RESOL. CCCIII.

Anconfutudo contra Regulam, & Constitutiones Religionis excusas ab eorum obseruantia?

Et afferitur, quod non solum confutudo 40. sed etiam 10. annorum sufficit ad abrogandam legem non solum Cuiam, sed etiam Canonicam.

Et cursum docetur quid non obstante per multum tempus Regula fuerit relaxata, possunt postea Superiores illum reducere ad pristinum statum. Ex part. 10 tract. 15. & Milc. 5. Ref. 6.

§. 1. D E hoc casu interrogatus fui ab admodum Reverend. Monachis Monasterij Sanctæ Crucis Diecesis Cracoviensis in Regno Poloniae, videlicet, An possint comedere carnes diebus ab Ecclesia non prohibiti; licet regula Sancti Benedicti commisionem carnium prohibeat, & probabiliter respondi affirmatiæ, & idem distinguendum potest, vel enim Regula sumitur prout includit tria vota substantia Religionis, sive induci non potest confutudo contra illam, vel sumitur prout alia dictis tribus votis annexa prescribit, & sic induci potest confutudo contra illam, si concurrunt omnes conditiones requisiæ ad abrogationem legum Ecclesiasticarum, quod probatur, quia alii obseruantæ annexæ votis continentur sub Regula non tanquam quid substantiale Religionis

sed quasi leges adiunctæ, id est solum obligant quādū habent vim legis, quam tamen vim annullunt statim ac inducta est confutudo contraria sufficiens ad abrogandas leges Ecclesiasticas, quippe quæ non habent maiorem vim, quam reliquæ leges Ecclesiasticas, ita Sanchez lib. 6. moral. cap. 2. n. 26. Leciana in summ. tom. 1. c. 7. num. 17. Tamburibus de iure Abbatum, tom. 3. dispe. 4. quæst. 5. numer. 3. Peyrinus de sediso question. 1. capit. 8. § 4. Reginaldus tom. 2. libr. 18. numer. 3. 96. Pellizzarius, tom. 1. tract. 5. cap. 2. numer. 5. 4. Vnde nouissime doctus, & amicissimus Pater Garzias, in Politic. Regul. tom. 1. tract. 5. difficult. 1. dub. n. 1. & 2. sic ait: Si tratamos de las cosas substanciales, y esenciales à la Religion contenidas en la Regla, quales son lo tocante á los tres votos solemnes, que en tal caso no obstante cualquier relaxacion por antigua que sea, estan obligados los Professos á guardarla en su pristino estado: porque aquella relaxacion es corruptela: pues es cierto que contra la obseruancia de los votos no puede costumbre alguna prescrir, siendo como es su obseruancia de iure divino. Pero si hablamos de las cosas accidentales al Estado, y Regla, y que solo sirven de aidar á la obseruancia Regular, y mayor perfectione, que en tal caso no solo la costumbre immemorial sino la omission, ó relaxacion de quarante años aunque sea memoria, bastara para escusar á los Religiosos de la obseruancia, porque como esas cosas son accidentales à la Religion, y pueden estar intas, y apartadas della, conservando lo esencial de la Religion; en tanto solo pueden obligar, en quanto tienen fuerza de leyes, y constituciones. Esas se pueden abrogar, y perder su fuerza por costumbre contraria: luego si la hallan, y á esta manera los profesos no tendrán que recurrir á su pristino estadio. Ita ille. His suppositis respondi affirmatiæ ad dubium dictorum Partum Monasterij Sanctæ Crucis in Polonia existentis Nam ex iustitia causa; nempe ob defectum piscium, & propter aerem insalubrem penuriam vini, & olei nisi alionde magnis expensis conducerentur, erat in dicto Monasterio introducta confutudo per annos 47. comedendi carnes, & Doctores probabiliter afferunt non solum confutudo in annos 40. sed etiam 10. annorum sufficere ad abrogandam legem. Ec ita tenet Pellizzarius in man. Reg. to. 2. tr. 4. c. 2. n. 3. qui citat Mascalum, & Bonacianum quibus addit Castrum Palatum to. 2. dispe. unica punct. 4. n. 2. qui admittit tanquam probabile, decem annos sufficere non solum ad legem ciuilim, sed etiam canonican abolidam Idem admittit Svar. de legib. 1. 7. c. 8. n. 8. & Letius l. i. dub. 4. cap. 6. circa finem Et ratio est, quia iura quæ per prilegium fieri possunt indeci etiam possunt per confutudinem legitimè præscriptam, cum consuetudo vim habeat, & iuris noui condendi, & abolendi antiqui. Deinde ad confutudinem derogantem legem Canonicam nullum tempus in iure Canonice est signatum. Confundendum ergo est probabiliter ex iure ciuilis esse sumendum. Et confirmo: Decem anni sufficiente indicantur ut principes facultatis tacere consenserint censeatur in confutudinem aduersus legem latam. Cur ergo non censembit Pontifex totu eo tempore consentire; præcipue cum ad ipsum pertineat specialius de subditis curare, & modum eorum procedendi propicere? Vnde mihi non placet opinio doctissimi, & amicissimi Caramuelis in Reg. dispe. 4. 8. vr. 2. n. 6. 5. quem video docere confutudinem comedendi carnes contra Regulam D. Benedicti debere esse immemorabilem. Verum non obstante quod per multum tempus Regula fuerit relaxata, possunt postea superiores illum reducere in pristinum statum. Vide Tam burinum ubi suprà quæst. 6. num. .cum seq.

Supr. hoc in  
tom. 6. tr. 1.  
Ref. 2. S. Se-  
cū a opinio  
& in aliis  
eius annos.  
Sup hæc legē  
Canonica cū  
codem Palao  
ibidem § vlt.  
per totum.  
lege etiam  
ibi § & Ter-  
ria opinio. §.  
Sed quid, &  
si placet etiā  
alias Refol.  
coramanno-  
tationum.